



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

LXXXIII. Alia charta compositionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

Petitus, Vlteriorius, Albinus, Olsardus, Lanceri & uxor sua Sieberta, Airmannus, & conjux ejus Adalburgis, & filia corum Ingeltrudis, Cathindes, Megevvardus, Puccellita, & Albutius. Qui präscriptus mansus cum omnibus appendix est in pago Carnotense, in vicaria Ganegiacen-
se, in loco qui dicitur Siceri villa. Hæc omnia superius comprehensa die præsenti tibi sum datus vel traditurus, totum & inquisitum, ut quicquid exinde facere volueris, liberam & firmissimam in omnibus habeas potestatem faciendi. Dono etiam tibi in pæficio pago vel in eadem vicaria, in loco qui dicitur Bonerville, omnem medietatem, tam ex mancipiis quam ex alode, quam ibi videor habere, hoc est, mansum unum cui adspiciunt mansi ser-
viles quatuor cum mancipiis quorum hæc sunt nomina, Galafus, Ergarius, Pafca-
rians, Marlinus, Polita, & Amelberga, vineis arpennorum quatuor, pratis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, terris cultis & incultis, exitibus & regressibus, vel quicquid ibi adspicit, omnem medietatem, tam in terris quam in mancipiis, id est, mansum unum cum mansis quatuor ibi adspiciens, cum pratis arpennorum duorum, & medietatem Ecclesiæ Del.

Traditio ad sponsam.

LXXX. Dum multis habetur per cognitum qualiter ego ille puellam aliquam nomine illam unam cum consensu parentum vel amicorum nostrorum legibus sponsavi, & aliquid de rebus meis ei donare ante diem nuptiarum dispositi, ideo placuit mihi ut de ipsis rebus missio ipsius puella nomine illi traditionem vel introductionem locorum secundum legem Romanam facere deberem, quod ita & feci. Ergo trado ei & tradidisse me confat locum proprietatis mee nuncupatum illum, situm in pago illo, cum terris, adspiciens, accolabus, mancipiis, & cetera qua-
sequuntur, aurum, argentum, vestimenta. Hæc omnia superius jam dicta tibi ill. ad vicem sponsæ meæ trado, ita ut tempore nuptiarum in jam dictæ sponsæ meæ veniant potestatem, ita ut secundum legis ordinem teneat atque possideat. Et si contra hanc traditionem aliquis refragare voluerit, partibus ipsius puellæ sol. tant. componat, & hæc traditio firma permaneat.

Si quando masculus & femina in raptum consenserint, & infra quinquennium

litigetur.

LXXXI. Notitia sub quorum pæ-

fentia ibi veniens ille ante illum vel eos qui subter tenentur inserti, accusabat aliquem hominem nomine illum eò quod &c. *ut supra pag. 487.*

Charta compositionis, si aliquis paellam invitam traxerit.

LXXXII. Dulcissima atque amantisima conjugi meæ nom. ill. ego ill. maritus tuus. Licet ergo ut ego rapto scelere abique voluntate parentum tuorum te mihi in conjugium vobis sum sociasse, unde vita periculosa incurre potui, nisi intervenient sacerdotes vel reliqua plures illustres personæ, qui nos ad pacis concordiam vel unanimitatem vobis sunt revocasse. Quia de re convenienti nobis ut de rebus proprietatis meæ tibi aliquid donationis causa condonare deberem, quod ita & feci. Ideoque per hanc epistolam compositionis, sive per festucam & andelangum, dono tibi & donatum in perpetuo esse volo, id est, aliquam portiunculam meam in pago illo, in loco nuncupato illo, super fluvio illo, hoc est, manos tantos cum hominibus ibidem commandentibus vel adspiciens utriusque sexus, cum terris arabilibus, silvis, campis, pratis, cum inviis, pervisi, omnibus & ex omnibus, quicquid in ipso loco possidere præsenti tempore vobis sum, totum & ad integrum tibi per hanc chartulam compositionis dono, tra-
do, atque transfirmo. Similiter dono tibi in auro vel argento solidos francos tantos. In tali verò tenore ut hæc omnia superius nominata à die præsente habetas, teneas, atque possideas, posterisque nostris ad pos-
tidum reliquias, vel quicquid exinde facere volueris, liberam in omnibus habeas potestatem. Et si aliquis contra hanc episto-
lam compositionis venire aut eam irritam facere voluerit, inferat tibit tantum & aliud tantum quantum eo tempore ipsa portiuncula valuerit. Et insuper publico fisco auri uncias tantas, argenti libras tantas coactus exfolvat, & quod repetit nullatenus evindet; sed præsens hac episto-
la compositionis omni tempore firma & stabili permaneat, stipulatione subnexa. Actum. & reliqua.

Alia charta compositionis.

LXXXIII. Viventibus patribus in-
ter filios familias sine voluntate eorum ma-
trimonia non legitimè copulantur. Idcirco in Dei nomine ille, dulcissima &c. *ut supra pag. 414. 477.*

Libellus repudij.

LXXXIV. Certis rebus & probatis